

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Homo g
cum fonte primo

Omnem creaturam sensibilem Deus armatam et munitam creavit,
alios ueloci pedum cursu, alios unguibus,
alios pennis, alios cornibus;
hominem solum sic disposuit, ut uirtus illius sit ipse Deus.
Et in eo quod infirmiozem eum fecit,
in ipso fortiorem esse uoluit in se,

ut necessitate infirmitatis coactus,
semper necessarium habeat Dominum suum requirere.

Crisostomus super Mattheum VII.

Quoniam creaturam sensibilem Deus armatam et munitam creavit.
Alios enim munivit ueloci pedum cursu, alios armavit unguibus,
alios uelocibus pennis, alios dentibus, alios cornibus:
hominem autem solum sic disposuit, ut uirtus illius sit ipse.
Et in eo quod infirmiozem eum fecit omnibus,
in ipso fortiorem eum uoluit esse in se.

Nam sciens Deus, quia cognoscere et colere Deum uita aeterna est;
ignorare autem, et contemnere, perditio sempiterna,
nec ita infirmum eum creauit, ut omnino nihil boni facere posset,
ne quem super omnia, et propter quem omnia fecerat,
omnibus inueniretur esse deterior: nec ita potentem eum creauit,
ut etiam sine Dei auxilio ex seipso facere posset quod uult,
ut infirmitatis suae necessitate coactus,
semper necessarium habeat Dominum suum.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Mattheum*, 18
(PG 56, col.730).